

II q
503

INSUBRIAM TURBULENTAM

publico Dramate,
Ob distribuenda SENATUS MAGNIFICI præmia
solenni,

a Studiosâ Elisabetani Gymnassi Juventute
Die XV. Junii A. O. R. MDCCII.

h. l. q; c.
exhibendam
intimat

Gottlob Frank.



WRATISLAVIE,
In Officina BAUMANNIANA Typis exprimebat
JOHANNES JANCKIUS.



L. B. S.

Non inconveniens erit, ut fidelium Subditorum animi Principum suorum molimina sequantur, & eo cogitationum sollicitudinem dirigant, quo imperantium curas & occupationes tendere norunt. Satis hucusque cultiori Europæ innotuit, qvod MAGNVS noster LEOPOLDVS, Imperator Gloriofissimus, in Monarchiâ Hispanicâ ab injustis usurpatorebus vindicanda, initium expeditionis ut necessariae, sic justissimæ, &c., ut omnes pii optant, felicis successu victoriofæ, INSVBRIAM constituerit, hodie Lombardia nomine notam, ibidemqve validissimo ausu hostium cervicibus misera Regionis incubantium conatus evertere laboraverit. Huc itaque cum haec tenus oculos & animum non tota modo Europa converterit, sed & omnes, qui candido amore & fidei obsequio Austriae Potentiae Sceptra venerantur, vel aliquam modo justitiae rationem habent, pia vora, precesque suas direxerint; non nobis virtus verti poterit, qvod communis omnibus stimulo abrepti, hic potius, quam in aliis Orbis aut Scientiarum partibus conveniens exercitationum scholasticarum objectum quæsiverimus. Auxit laboris hujus occasionem vel Historicæ Professionis ornandæ desiderium, vel aliqua cum prioribus occupationibus nostris connexio, cum eadem ferè Methodo tam occidentale quam orientale Imperium olim à Barbaris eversum, & Pannionam suppressam & restitutam antea in Scenam produxerimus. Praefens scilicet Insubriæ infelicitas turbis involuta calamitas ansam nobis præbuit priora hujus Terræ fata cogitandi, quæ certè omni tempore, ex qvo aliquid in Historiarum Monumentis annotatum legitur, eosque turbulentia extitere, ut, qui accuratius miseriaram harum seriem inquirere voluerit, non in unius populi, sed generis humani turbas incidisse videatur. Usui itaque Juventutis nostræ ad Historiarum notitiam præparandæ quodan tenus inservituri, cladium Insubriam afflignantum multitudinem in compendium redactam exhibere voluimus, minime quidem observatis Theatri legibus, cum diversorum Seculorum homines una eademque horâ in conspectum producentes, scholastici potius exercitii, quam comicæ venustatis scopum nobis præfixum credamus. Ut vero constet, qvo ordine vel confilio singula produxerimus, aut qua Historicorum autoritate freti Insubria turbas referamus, hoc, qvod ipsa Dissertationum angustia non admisit, hic paucis præstare verbis, totiusque Dramatis modum & ordinem explicare volumus.

Sistemus INSVBRIAM, quam hoc potius antiquo, quam recentioribus nominibus, ad priora Secula minime applicandis, vocare voluimus. Prologi qvafsi loco pristinas clades suas sub Romanorum Imperio toleratas, non quidem recensem, sed vel solis nominibus tangentem, cui

Gemina auratus taurino cornua vultu

*Virgil. L.4.
Georg.*
ERIDANVS, quo non alias per pingvia culta
In mare purpureum violentior influit amnis,

obstrepens, præsentia mala tristi cantu opponet. Primum deinde colloquium Anno Salutis reparatæ DCCLXXIV, post captum à Carolo, Francorum Rege, Desiderium, everlastique Longobardorum in Italia gentem, habitum finximus, & colloquen-

loquendi officium dedimus BERNHARDO, Caroli Regis Avunculo, Copiarum Duci
in Longobardico bello fortissimo æque ac felicissimo; EGGHARDO, Regia Mensæ
Præfecto, ejusdemque expeditionis Comiti, & PAULO WINFRIED, Warnefridi Filio,
ex Diacono Aqvilegienti Desiderii Regis Cancellario, à Carolo Victore capto & be-
nigne habito; qvorum sermonibus ea, qvæ Insubria ab ipso Theodosio M. ævo ab
Hunnis, Herulis, Gorhis & Longobardis passa est, ex Zofimo, Orosio, Casiodoro, Fornande,
Procopio, Agathidio, ipso Paulo Diacono, Eginardo, Reginone Pramensi, & Hunnicæ irruptionis
Scriptoribus, Thomâ Aqvilegienti, & Philippo Catimacbo compendiosè referentur. Se-
quentis colloqvi, in Annū DCCCCLXVII, quo Otto M. Romanorum & Me-
diolanensium superbiam acerba animadversione correxit, collocati, confabulato-
res elegimus, BVRCARDVM, Sveiæ Dudem, ab Ottone Italiam subactuero cum exer-
citū præmissum, ADEL DAGUM, Episcopum Hamburgensem, Imperatoris Cancel-
lariorum Aulam sequentem, & LVTBRANDVM, ex Ticinensi Diacono, & Episcopo
Cremonensi Exulem, in Ottonis aula interpretis vicem sustinentem; qui clades
sub Berengarii, Gvidone, Lamberto, Rudolpho & Hugone Lombardie illatas e
Reginone, Aimino, Annalib. Francorum Fuldenibus, ipso præcipue Luitbrando, & Wistekindo
in compendio exhibebunt. Excipient hos FRANCIVS PETRARCHA, Canonicus
Patavinus, Poëta & Orator ubique notus, de statu Italiae corrupto qvā maximè fol-
licitus, & BENEVENTVS de RAMBALDIS, Orator & Historicus Libro Augustali
scripto celebris, qui cum MARQUARDO, Imperii Vicario, à Carolo IV. in Italianam
misso, non satis felici, postea ad Augustanum Episcopatum promoto, Anno
MCCCXL. colloquentur, & compendium horrendarum cladi, qvas turbu-
lenta Lombardia ab Ottouni tempore, sub Conradis, Henricis, Fridericis, &
Ludovico usque ad Caroli IV. imperium pertulit, exponent. Collegimus ho-
rum temporum calamitates ex Ditemaro Merjebargensi, Wipponi, Lamberto Schafnabur-
geni, Günthero, Ottone & Radewicco Frisingensis, Ottone Sanblasiano, Bodechino, Godo-
fredo Coloniensi, Mattheo Parisiensi, Monachi Padani rebus in Insubribus & Euganeis
gestis, Henrico Sterpe, Henrico Rebordio, Alberto Argentinensi, & ipsius Petrarcha Epi-
stolis; nonneglectis iis, qvæ Itali ipsi, Bernardinus Corius in vitis Cæs. & Historiâ
Mediolanensi, Johannes & Matthæus Villani, in suorum temporum Historiis, Torelli-
nus Savyna in Historiâ Veronensi, Petrus Girardus in Vitâ Ezelini, & Job. Genesius
sepulveda in Historiâ Bellorum ab Ægidio Albornotio, Cardinali, gestorum, spe-
cialius retulerunt. Ultima demum à Caroli IV. tempore Lombardie fata,
que illam sive civilibus turbis agitarunt, vel Transalpinorum certaminibus ex-
positam ad nostra usque tempora affixerunt, trium nationum hominibus re-
censenda dedimus; ad quorum cognitionem nobis in rebus quidem Seculi XV.
Blondi Flavii Historiarum Decades, Antonii Florentini Historia, Leonardi Bruni AREINI
res fui temporis, Johannis Simoni Gesta Francisci Sforiae, & Job. Bapt. Pigne Hi-
storia Principum Atestinorum, opem tulerunt; ultimas XV, & rotius sequen-
tis Seculi clades ex Alex. Benedicti & Marci Guazzi bellis Itallicis Caroli VIII. Galli,
Mich. Cocinii Bello Veneto contra Maximilianum I. Pandi Jovii vitis Sforiarum,
Galeacii Capella rebus pro restituione Francisci Sforiae gestis, Mart. Bellaji gestis
Francisci I. Galli, & Antonii Possevini Gonzaga collegimus, passim tamen & Petro
Bembo, Franc. Gvicciardino, Natali Comite, & aliis in partes vocatis. Ex nuper præ-
terlapsi Seculi rebus, præter ea, qvæ Victorii Siri, Petri Johannis Capriate, Galeacii
Gvaldi, Majolini Bisaccioni, & Jeremie Brusoni autoritate dicta sunt, plurima in re-
centi viventium memoriam hærent. Qvæ inter seniorum loco adjecimus, pue-
rili ateti potius, qvam Prudentum judicio accomodata, nec expositione, nec
ut speramus, excusatione egent; que verò de mutatis sèpius hujus terra Lombardica tam incolis, qvā nominibus, ob rerum copiam in ipso Dramate lo-
cum invenire non potuerunt, brevi dissertatiunculâ, præriorum distributioni
præmittendâ, exponentur. Hæc itaq; INSVBRIÆ TURBULENTÆ fata colloquiis expli-
canda,

FK Tg 503

x 2538630

canda, tumultuario qvidem inter varias occupationum turbas labore ad captum juventutis nostræ conquisita, ut Vos, Bonarum Literarum MECÆNATES, ASSERTORES, FAVTORES, AMICI, tam præsentia vestra exoptatissim ornare, quam benevolis auribus, & judicio benigniori excipere velitis, eam, quam par est, humilitate & observantia rogamus. Si conatus nostri desideria vestra juvare vel aseqvi non poterunt, arma tamen AVGVSTI nostri justissima, in vindicandâ Insibriâ occupata, & Provinciam ipsam, ad tranqvillæ pacis otia anxiè suspirantem, juvabunt, (ita firmiter speramus,) vestra per tantarum calamitatum seriem excitanda, & devotè nobiscum ad DEVVM mittenda suspiria. P.P. die XIV. Junii, A.O.R. MDCCCH.

Exhibebuntur

1. Insubriæ turbulentæ status, sub

1. BARBARIS, colloquentibus: BERNHARDO, (Fried. Heinr. L. Z. de Vibran) EGGHARDO, (Christoph. Sam. Görtner/ Lign.) & PAVLO WINFRIED, (Wilhelm Hönsch/ Wrat.)

2. TYRANNIS, fata ejusdem exponentibus: BVRCARDÖ, (Sylv. Fried. de Klinkovasky) ADALDAGO, (Heinr. Rudelio, Lign.) & LVITBRANDO, (Joh. Ferd. Curoz, Wrat.)

3. IMPERATORIBUS, colloquia habentibus: FRANC. PETRARCHA (Adam. Christ. Thebejso, Lign.) BENEVENVTO de RAMBALDIS, (Joh. Georg. Martini, Zülich.) & MARQVARDO, (Carl Ernst Sachs/ Breg.)

4. DUCIBVS, ultimorum Seculorum fata referentibus: GERMANO, (Dav. Wilh. Pauli, Wrat.) ITALO, (Joh. Christoph. Vogdt/ Steinav.) & GALLO, (Sam. Laurenti. Puschmann/ Lefn. Pol.)

5. Prologi, Intersecniorum, & Epilogi loco

1. INSVBRIA, (Georg. Wilh. Reginus, Wrat.) clades antiquas referens, tristi cantu ostrepente PADO, (Christoph. Kaschky/ Lignic.)

2. Nymphæ duæ, OREAS (Ernst Ferd. Sachs de Löwenheim) & NAIAS (Christ. Gottlieb Neumann / Wrat.) de Lombardia sub Carolo M. mutatione differentes.

3. Mulieres duæ, CISALPINÀ, (Joh. Christ. Sauer/ Wrat.) & TRANSALPINA, (Joh. Heinr. Neumann/ Wrat.) mutua odia verbis exprimentes.

4. SEDITIO (Dan. Christ. Gebauer / Wrat.) OBSEQVIVM (Fried. Wilh. ab Ohl & Adlers - Eron) frustra exagitans.

5. NEMESIS (David Pauli, Wrat.) Hostibus clades, Insubriæ meliora fata promittens.

S. D. G.



vd. 18

mc



Pg
503

IN SUBRIAM TURBULENTAM

publico Dramate,
Ob distribuenda SENATUS MAGNIFICI præmia
solenni,

a Studiosa Elisabetani Gymnasi
Die XV. Junii A. O. R. MD

h. l. q; c.
exhibendam
intimat

Gottlob Frank



IN SPEM PRISCI H

WRATISLAVIE,
In Officina BAUMANNIANA Ty
JOHANNES JANCKE



		Farbkarte #13																	
		Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black	B.I.G.								
inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Centimetres	2.54	5.08	7.62	10.16	12.70	15.24	17.78	20.32	22.86	25.40	27.94	30.48	33.02	35.56	38.10	40.64	43.18	45.72	48.26
1																			
2																			
3																			
4																			
5																			
6																			
7																			
8																			
9																			
10																			
11																			
12																			
13																			
14																			
15																			
16																			
17																			
18																			
19																			